



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lugduni, 1663**

C. 1. De Principibus supremis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)



## PARS TERTIA.

## PERSONÆ SÆCVLARES.

**E**X probatissimis Doctoribus Principum supremorum, Communitatum, Regiminis Urbium, Ministeriorum quorundam Reipublice, Medicina, Militia, Agricultura, Mercatura, Artificumque obligationes expendo.

## SECTIO VNICA.

De Personis Sæcularibus, Receptiores sine pugna Sententiæ,



## CAPVT I.

## CAPVT II.

De Principibus supremis.

De Communitate, seu Vniuersitate, Collegio.

<sup>1</sup> *Eorum obligatio circa propria bona.*

**P**RINCIPES supremi tenentur non dissipare adeo propria bona, ut aliena usurpare aggrediantur, subditos scilicet nimium molestis aggranando tributis, debita non soluendo, ingentem auri, & argenti vim subditorum iniuria accumulando.

<sup>2</sup> *Circa Regni securitatem, & legum inductionem.*

A culpabili præuisa incuria abstinere, ut currenti imminentem famem retardare. Regni securitati providere. Leges poenales inducere in delictorum repressionem, non expilationem subditorum, sibi non adicere subditorum dinitias, tributa sine publica necessitate suis superfluis vibus deferuitura stabiliendo, de nouis subditos seruituti addicendo, ut agros sine mercede excolant.

<sup>3</sup> *Circa supplicia, & res subditorum.*

Morti non deputare, aut grani supplicio afficere cinem inaudirum, grauissima hand intercedente causa iniuste non commovere, bella Regni, aut domini propagandi affectione, ita erga subditorum mores se habere, ut eorum incuria vitis, speciatim publicis non maculentur, iustitia sine patrono relicta.

<sup>4</sup> *Circa Ecclesie immunitatem, officiorum creationem, & bona naufragij.*

Leges non præscribere Ecclesiasticæ immunitati repugnantes. Nec tam sublimi pretio officia, seu munia commutare, ut ministri ad relaxandum damnum sint explicanda ciuibus operam nauaturi. Nec aduertenter Iudices indoctos creare: & cognita postmodum (si inaduertenter creati sint) eorum insufficiencia, illico amovere. Nec sibi accommodare naufragij bona priusquam exacta fiat de eorum dominis inquisitio.



<sup>5</sup> *De Magistris.*

**V**i docturus est alios, debet se hand desidem circa, literarum studium exhibere: ex incuria enim magistri attolet discipulorum graue incommodum oboriri. Et in discipulorum conspectu ita se modestum præstare, ut prauis actionibus in discipulorum effractionem non influat.

<sup>6</sup> *De Togis.*

Togati tenentur non curare consequi togam si cognoscant, se requisitas qualitates non habere. Et ut admittantur titulo paupertatis, non seducere electores, dum bonis, quæ possideant, renunciant cum recuperationis pacto. Et inbornationibus non vi, ut cathedra fruatur iniuste, non quidem ad iniustam vim, seu vexationem propulandam. Et in oppositionibus graui, vel leui quidem quæ oppositores alij Cathedram amittant, eis imputare. Et ut ad se auditores alliciant, alterius Magistri defectus fallo non euilgare, aut celandos aperire & ex Collegij oppositoribus minus dignum & idoneum repellere, inidoneum admittere, ne Nationis verbi gratia affectui iniuste consilere videantur, eo reiecto, cui ex iustitia toga debebatur. Et non fongre cum scandalo Nationum discordias: nec pronocare affectus, ut contrariis, eorumque patronis inferant iniurias. Et quidquam contra iuramentum præstitum gerere, aut contra statui periorij penam. Et ad togam plane indignum non admitte-